

## 294.

*Der Propst Arnold zu Tulbe verkauft vor dem Gerichte des Landgrafen, welches in dem gräflichen Dingstuhle zu dem Aspe gehalten worden, an Albero von Vippach und dessen Sohn Hermann die Mühle und  $\frac{1}{2}$  Hufen zu Eckstädt, sowie zwei zu Hopfgarten für 33 Mark.*

*Gedr.: Thuringia sacra 338.*

1221 [Januar—September]. 5

Arnoldus dei gratia prepositus in Tulbe et parochianus in Isewelt omnibus presentem paginam inspecturis salutem in vero salutari. Ut in nostris temporibus instituta feliciter et prudenter ordinata certa quedam noticia propagentur in posteros nec processu temporis a nostra memoria per exortam oblivionis caliginem evanescant, litterarum soluit 10 indiciis eternari. Unde vestre caritati notum esse volumus, quod annuente venerabili abbate Fuldensis ecclesie Cynone simulque habito nostri conventus consensu unanimi bona quedam sita in Eckstet videlicet molendinum unum et quatuor mansos et dimidium et in Hopfgarten duos mansos Alberoni de Vipech viro nobili eiusque filio Hermanno pro tringinta tribus marcis vendimus in presentia iudicum domini lanckgravii, Sifridi scilicet 15 de Vtenhusen, Alberti villici de Martvipech, Giselheri preconis de Yberingen et preterea multorum in comicia, que dicitur zu dem Aspe, constitutorum. — — Acta sunt hec anno domini MCCXXI, indictione VIII.

## 295.

*Graf Heinrich von Stolberg verspricht dem Abte Friedrich von Walkenried und dem Grafen 20 Dietrich von Hohnstein, nachdem ihm der Abt auf Geheiß des Landgrafen von Thüringen eine Summe Geldes, die der Graf wegen der Zugehörigkeit eines gewissen Volkmar, herodarii sui, zu seinem Hofe und seiner Gefolgschaft in Anspruch genommen, eingehändigt habe, das Kloster von den etwaigen Ansprüchen der Erben Volkmars zu befreien.*

1221.

*Hdschr.: Kop. Perg. Walkenrieder Kopialbuch (Sæc. XIII) fol. 34<sup>b</sup>. Landeshauptarchiv Wolfenbüttel.*

*Gedr.: Regest: Urkundenb. des hist. Ver. für Niedersachsen 2,95 No. 120.*

25

H[einricus] divina miseratione comes in Stalberg omnibus hoc scriptum legentibus in perpetuum. Utile visum est nobis et placuit viris prudentibus ad firmitatem rei scripto commendari, qualiter dominus Fridericus abbas Walkenredensis mandante lantgravio quandam summam pecunie Volcmari herodarii sui, quam sibi de iure vendicabat, eo 30 quod de curia et familia ipsius esset, nobis presentavit fide firma in manus ipsius abbatis et comitis Theoderici de Honstein et aliorum honestorum virorum data, quod predictam ecclesiam ab omni impetitione heredum prefati Volcmari liberam redderemus et nos contra omnes huic facto obviare volentes tutorem fidelissimum obiceremus. Et de hoc litteras nostras cum sigilli nostri firmamento predictus abbas cum fratribus, qui secum 35 aderant, petivit et optinuit. Acta sunt hec anno domini M. CC. XXI.